

## PRO SEX. ROSCIO AMERINO ORATIO

1 Credo ego vos, iudices, mirari, quid sit quod, cum tot summi I  
oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim,  
qui neque aetate neque ingenio neque auctoritate sim cum his, qui  
sedeant, comparandus. Omnes hi, quos videtis adesse, in hac causa  
iniuriam novo scelere conflata[m] putant oportere defendi, defendere 5  
ipsi propter iniquitatem temporum non audent. Ita fit, ut adsint  
propterea, quod officium sequuntur, taceant autem idcirco, quia  
periculum vitant. Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? 2  
Minime. An tanto officiosior quam ceteri? Ne istius quidem laudis ita  
sum cupidus, ut aliis eam praereptam velim. Quae me igitur res 10  
praeter ceteros impulit, ut causam Sex. Rosci reciperem? Quia, si qui  
istorum dixisset, quos videtis adesse, in quibus summa auctoritas est  
atque amplitudo, si verbum de re publica fecisset, id quod in hac causa

---

**Capita I-V** bevatten het z.g.n. exordium (προοίμιον), dat in deze redevoering als thema heeft de iniquitas temporum. Zie voor het exordium de inleiding en vgl. Invent. I. 20. qui bene exordiri causam volet, eum necesse est genus suae causae diligenter ante cognoscere. genera causarum quinque sunt: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Hier treffen wij het genus admirabile aan, vgl. Sulpitius Victor p. 316. 32 (Halm, Rhetores, Latini minores) admirabilis enim causa est (quare est a 'mirari' dicta), quae talis facie ipsa videtur talisque apud opinionem iudicum coepit esse, ut admirentur quemquam ad defensionem eius accedere.

- I 1 *Credo*: niet = ik geloof, maar te vertalen door: vermoedelijk, waarschijnlijk.  
*quid sit quod*: = waarom.
- 2 *nobilissimi*: de Metelli, Scipiones, Servilii.  
*sedeant*: nl. op de subsellia, waarop de advocaten en vrienden van de aangeklaagde plaats namen.
- 3 *aetate*: Cicero was toen in zijn 27ste levensjaar.  
*ingenio*: = dicendi facultate.
- 4 *adesse*: h.l. juridisch = gerechtelijke bijstand verlenen.
- 5 *novo*: = inaudito.  
*conflata[m]*: veroorzaakt; conflare betekent eigenlijk een vuur doen ontvlammen.  
*defendi*: defendere = wegstoten, afweren.
- 6 *iniquitatem temporum*: de ongunst der tijden. Men was bevreesd voor Sulla.
- 10 *praereptam velim*: bij volo en cupio wordt dikwijls inf. perf. pass. (zonder esse) gebruikt in plaats van inf. praes. pass.
- 11 *Rosci*: = Roscii. De io-stammen, die in de nominativus op -ius en -ium uitgaan, vormen de genitivus singularis ten tijde der republiek op i, die uit ii is samengetrokken. Op inscripties vindt men eerst sinds het begin van de Keizertijd -ii naast i, sedert Domitianus (81-96 n. Chr.) regelmatig ii. Het accent valt steeds op de voorlaatste lettergreep, b.v. impéri.  
*reciperem*: = susciperem.
- 13 *amplitudo*: met het oog op de senatoren; de senaat is de ordo amplissimus.  
*verbum de re publica fecisset*: een toespeling gemaakt had; in het woord verbum ligt de betekenis van: slechts met een enkel woord.
-

fieri necesse est, multo plura dixisse, quam dixisset, putaretur. 3 Ego  
 15 autem si omnia, quae dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen  
 similiter oratio mea exire atque in volgus emanare poterit. Deinde  
 quod ceterorum neque dictum obscurum potest esse propter  
 nobilitatem et amplitudinem neque temere dicto concedi propter  
 aetatem et prudentiam. Ego si quid liberius dixero, vel occultum esse,  
 20 propterea quod nondum ad rem publicam accessi, vel ignosci  
 adulescentiae poterit; tametsi non modo ignoscendi ratio, verum etiam  
 cognoscendi consuetudo iam de civitate sublata est. 4 Accedit illa  
 quoque causa, quod a ceteris forsitan ita petitum sit, ut dicerent, ut  
 utrumvis salvo officio se facere posse arbitrarentur; a me autem ii  
 25 contenderunt, qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate  
 plurimum possunt, quorum ego nec benivolentiam erga me ignorare  
 nec auctoritatem aspernari nec voluntatem neglegere debebam.

II 5 His de causis ego huic causae patronus exstiti non electus unus,  
 qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo  
 possem dicere, neque uti satis firmo praesidio defensus Sex. Roscius,  
 verum uti ne omnino desertus esset.

5 Forsitan quaeratis, qui iste terror sit et quae tanta formido, quae tot  
 ac talis viros impediatur, quominus pro capite et fortunis alterius, quem  
 ad modum consuerunt, causam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare  
 non mirum est, propterea quod consulto ab accusatoribus eius rei,  
 quae conflavit hoc iudicium, mentio facta non est. 6 Quae res ea est?

---

14 *quam dixisset*: voeg vóór dixisset in: werkelijk.

15 *si*: = etiamsi.

16 *exire*: bekend worden.

18 *concedi*: = ignosci.

20 *nondum ad rem publicam accessi*: Cicero bekleedde eerst in 75 de quaestuur, het  
 eerste ambt; *accedere ad rem publicam*, de politieke loopbaan betreden.

21 *ignoscendi ratio*: = het vergeven; *cognoscendi consuetudo* = het gerechtelijk  
 onderzoeken.

23 *ita petitum sit ut dicerent ut*: het eerste ut hangt af van petitum sit, het tweede van  
 ita; *ut dicerent* (sc. causam).

24 *utrumvis*: sc. vel dicere vel tacere.

*salvo officio*: zonder hun plicht te verzaken.

25 *contenderunt*: = petiverunt. Cicero doelt op P. Scipio, M. Metellus (§ 77) en  
 speciaal op M. Messalla (§ 149).

26 *ignorare*: h.l. = over het hoofd zien.

27 *debebam*: mocht.

II 1 *his... causis*:- (oorzaken)... *causae* (proces), herhaling van hetzelfde woord in  
 verschillende betekenissen heet πλοκή = traductio.

*huic causae patronus exstiti*: ik ben als pleiter in deze zaak opgetreden.

*unus*: = praeter ceteros.

4 *uti ne*: voor ne.

6 *pro capite et fortunis*: voor lijf en goed.

7 *causam velint dicere*: wordt gezegd van de advocaat (= pleiten) maar ook van de  
 beschuldigde (= aangeklaagd zijn, zich verdedigen).

---

Bona patris huiusce Sex. Rosci, quae sunt sexagiens, quae de viro 10  
clarissimo et fortissimo, L. Sulla, quem honoris causa nomino, duobus  
milibus nummum sese dicit emisse adulescens vel potentissimus hoc  
tempore nostrae civitatis, L. Cornelius Chrysogonus. Is a vobis,  
iudices, hoc postulat, ut, quoniam in alie-nam pecuniam tam plenam  
atque praeclaram nullo iure invaserit, quoniamque ei pecuniae vita 15  
Sex. Rosci obstare atque officere videatu, deleatis ex animo suo suspi-  
cionem omnem metumque tollatis; sese hoc incolumi non arbitratur  
huius innocentis patrimonium tam amplum et copiosum posse obti-  
nere, damnato et eiecto sperat se posse, quod adeptus est per scelus, id  
per luxuriam effundere atque consumere. Hunc sibi ex animo 20  
scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis,  
postulat, ut ad hanc suam praedam tam nefariam adiutores vos  
profiteamini. 7 Si vobis aequa et honesta postulatio videtur, iudices,  
ego contra brevem postulationem adfero et, quo modo mihi persuadeo,  
aliquanto aequiorem. 25

Primum a Chrysogono peto, ut pecunia fortunisque nostris III  
contentus sit, sanguinem et vitam ne petat; deinde a vobis, iudices, ut

- 
- 10 *huiusce*: van mijn cliënt.  
*quae sunt*: die waard zijn (met ablat. pretii), cf. Verr. III, 193 *ternis denariis tritici modium fuisse*.  
*sexagiens*: sc. centenis milibus sestertium, 6 miljoen sestertien. Plutarchus in Vita Ciceronis (3) zegt, dat de waarde der landerijen 250 talenten bedroeg, wat ongeveer op hetzelfde neerkomt.
- 11 *honoris causa*: (het tegenovergestelde: contumeliae causa), wordt gebruikt bij de vermelding van hoogstaande personen, van wie men niet weet of ze genoemd wenssen te worden.
- 12 *nummum*: = sestertium.  
*vel potentissimus*: misschien wel de machtigste.
- 14 *pecuniam*: = universitatem rei familiaris. Schol.
- 15 *pecuniae*: h.l. genot van het vermogen; *obstare atque officere*, hinderend in de weg staan.
- 17 *hoc incolumi*: men verwacht: huius incolumis; hoc incolumi is hier echter gebruikt als tegenstelling tegenover het volgende damnato et eiecto.
- 19 *damnato*: sc. hoc, hiervoor in te lassen: maar.  
*eiecto*: sommigen menen, dat dit woord hier niet op zijn plaats is, daar de culleus de straf voor de parricida was; men moet waarschijnlijk de uitdrukking damnato et eiecto in haar geheel als een jurid. formule beschouwen, niet woordelijk op te vatten; Cicero wil alleen de damnatio tegenover de incolumitas stellen.
- 20 *effundere atque consumere*: doorbrengen en verbrassen.
- 21 *scrupulum*: (verkleinwoord van scrupus) spits steentje (in een schoen).  
*qui se dies noctesque stimulat ac pungit*: het gebruik van *se* in plaats van *eum* komt in de Romeinse omgangs- en volkstaal herhaaldelijk voor, cf. Sall. Bellum Inгурth. 61. 1 in eis urbibus quae ad *se* defecerant, praesidia imponit.
- 21 – 22 *ut evellatis postulat ut*: het eerste ut gebr. om het doel van postulat aan te duiden; de zin met het tweede ut bevat de inhoud van de eis.
- III 1 – 2 *peto ut pecunia fortunisque nostris contentus sit sanguinem et vitam ne petat*: cf. 2.1
-

audacium sceleri resistatis, innocentium calamitatem levetis et in  
 causa Sex. Rosci periculum, quod in omnes intenditur, propulsetis. 8  
 5 Quodsi aut causa criminis aut facti suspicio aut quaelibet denique vel  
 minima res reperietur, quam ob rem videantur illi non nihil tamen in  
 deferendo nomine secuti, postremo si praeter eam praedam, quam  
 dixi, quicquam aliud causae inveneritis, non recusamus, quin illorum  
 libidini Sex. Rosci vita dedatur. Sin aliud agitur nihil, nisi ut iis ne  
 10 quid desit, quibus satis nihil est, si hoc solum hoc tempore pugnatur,  
 ut ad illam opimam praeclaramque praedam damnatio Sex. Rosci  
 velut cumulus accedat, nonne cum multa indigna, tum vel hoc indig-  
 nissimum est, vos idoneos habitos, per quorum sententias iusque  
 iurandum id assequantur, quod antea ipsi scelere et ferro adsequi  
 15 consuerant? qui ex civitate in senatum propter dignitatem, ex senatu in  
 hoc consilium delecti estis propter severitatem, ab his hoc postulare  
 homines sicarios atque gladiatores, non modo ut supplicia vitent, quae  
 a vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent, verum etiam  
 ut spoliis ex hoc iudicio ornati auctique discedant?

- 
- 3 – 4 *resistatis innocentium calamitatem levetis et in causa Sex Rosci periculum quod in omnes intenditur propulsetis*: ὁμοιοτέλευτα (similiter cadens).
- 5 *criminis*: h.l. beschuldiging.
- 6 – 7 *non nihil tamen in deferendo nomine secuti*: *tamen* — saltem; *sequi*, jur. uitdrukking ge-bruikt voor een spoor, waardoor men zich laat leiden.
- 6 – 7 *in deferendo nomine*: = in accusando. Bij een aanklacht voor de quaestiones perpetuae onderscheidt men de volgende handelingen: 1° *postulatio*, het verzoek om zijn aanklacht te mogen indienen; zijn er meer aanklagers, dan beslist een rechtbank, door de magistraat samengesteld, van wie de hoofd-aanklacht zal uitgaan (*divinatio*); 2° *nonimis delatio*, de gerechtelijke aanklacht; 3° *nominis receptio*, het op de rol brengen van de zaak door de praetor (nomen recipere).
- 7 *postremo*: kortom.
- 9 *ut iis ne*: ut ne = ne.
- 10 *si hoc solum hoc tempore pugnatur*: = si id h.t. agitur.
- 13 *idoneos*: voor goed genoeg.
- 13 – 14 *sententias iusque iurandum*: ἐν δὲ δύοϊν, uitspraak onder ede. De rechters waren in de curiae ingedeeld; aan ieder van deze werd een bepaalde quaestio aangewezen. Voor ieder proces werd door sortitio een college uitgekozen (consilium); voordat de rechters hun functie aanvaardden, legden zij een eed af.
- 15 *in senatum*: Sulla vulde de senaat met 300 leden aan; *ex senatu ... delecti*, C. Gracchus had bepaald, dat de iudices alleen uit de equites zouden genomen worden; Sulla bepaalde, dat de senatoren alleen iudices zouden zijn.
- 16 *propter severitatem*: moeilijk te verklaren; immers als men aan sortitio moet denken, hebben deze woorden geen zin; het zou kunnen zijn, dat de rechters in dit geval, evenals later in het proces van Clodius, extra ordinem door de praetor zijn gekozen, om een strenge, onpartijdige uitspraak te verkrijgen (Landgraf).
- 16 – 17 *ab his hoc postulare homines*: de acc. cum. inf. hangt nog af van indignissimum est.
- 19 *ornati auctique*: cf. Verr. I, 56: urbem ... omnibus rebus auctam et ornatam; Verr. IV, 124: omnia ... augere atque ornare.  
*discedant*: (zegevierend) te voorschijn komen.
-

9 His de rebus tantis tamque atrocibus neque satis me commode IV  
dicere neque satis graviter conqueri neque satis libere vociferari posse  
intellego. Nam commoditati ingenium, gravitati aetas, libertati  
tempora sunt impedimento. Huc accedit summus timor, quem mihi  
natura pudorque meus attribuit et vestra dignitas et vis adversariorum 5  
et Sex. Rosci pericula. 10 Quapropter vos oro atque obsecro, iudices,  
ut attente bonaque cum venia verba mea audiatis. Fide sapientiaque  
vestra fretus plus oneris sustuli, quam ferre me posse intellego. Hoc  
onus si vos aliqua ex parte adlevabitis, feram, ut potero, studio et  
industria, iudices; sin a vobis, id quod non spero, deserar, tamen 10  
animo non deficiam et id, quod suscepi, quoad potero, perferam. Quod  
si perferre non potero, opprimi me onere officii malo quam id, quod  
mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abicere aut  
propter infirmitatem animi deponere. 11 Te quoque magno opere, M.  
Fanni, quaeso, ut qualem te iam antea populo Romano praebuisti, cum 15  
huic eidem quaestioni iudex praesses, talem te et nobis et rei publicae  
hoc tempore impertias.

Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc iudicium, vides; quae V  
sit omnium mortalium expectatio, quae cupiditas, ut acria ac severa  
iudicia fiant, intellegis. Longo intervallo iudicium inter sicarios hoc  
primum committitur, cum interea caedes indignissimae maximaeque  
factae sunt; omnes hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis 5  
cotidianoque sanguini remedio sperant futuram.

- 
- IV 3 *commoditati*: juiste voordracht.  
4 *summus timor*: cf. Or. I, 121: equidem ... in me ipso saepissime experior ut exalbescam in principiis dicendi et tota mente atque artibus omnibus contremiscam.  
5 *natura pudorque*: = natuurlijke schroom.  
7 *bonaque cum venia*: welwillend.  
9 *ut potero*: = quoad potero, zoo goed als ik kan.  
10 *spero*: evenals ἐλπίζω is een vox media; h.l. = verwacht, vrees.  
11 *et id*: et h.l. adversatief = maar.  
*perferam*: h.l. = tot het einde toe dragen.  
13 *cum fide*: vol vertrouwen.  
14–15 *M Fanni*: Fannius was voorzitter van de quaestio. Een quaesitor, een praetor, nam het voorzitterschap waar; waren er niet genoeg geen praetoren, dan trad vaak een aedilicius als voorzitter op onder de naam van iudex quaestionis.  
17 *impertias*: = praebes.  
V 1 *quanta... convenerit*: vert.: de menigte, die in grote getale is...  
3 *longo intervallo*: gedurende de burgeroorlog en het schrikbewind van Sulla hadden geen zittingen van de rechtbank plaats gehad.  
*iudicium inter sicarios*: inter sicarios wordt verklaard ontstaan te zijn uit: ita deferre ut nomen alicuius inter sicarios deferatur; eigenlijk alleen proces wegens sluipmoord, in het algemeen = moordproces.  
4 *committitur*: naar analogie van pugnam, spectaculum committere = wordt aanhangig gemaakt.  
*indignissimae*: ergerlijk.
-

12 Qua vociferatione in ceteris iudiciis accusatores uti consu-  
 everunt, ea nos hoc tempore utimur, qui causam dicimus. Petimus abs  
 te, M. Fanni, a vobisque, iudices, ut quam acerrime maleficia  
 10 vindicetis, ut quam fortissime hominibus audacissimis resistatis, ut  
 hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostendetis, eo  
 prorumpere hominum cupiditatem et scelus et audaciam, ut non modo  
 clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum, M. Fanni, ante  
 pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia caedes futurae sint. 13  
 15 Etenim quid aliud hoc iudicio temptatur, nisi ut id fieri liceat?  
 Accusant ii, qui in fortunas huius invaserunt, causam dicit is, cui  
 praeter calamitatem nihil reliquerunt; accusant ii, quibus occidi patrem  
 Sex. Rosci bono fuit, causam dicit is, cui non modo luctum mors  
 patris attulit, verum etiam egestatem; accusant ii, qui hunc ipsum  
 20 iugulare summe cupierunt, causam dicit is, qui etiam ad hoc ipsum  
 iudicium cum praesidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros  
 trucidetur; denique accusant ii, quos populus poscit, causam dicit is,  
 qui unus relictus ex illorum nefaria caede restat. 14 Atque ut facilius  
 intellegere possitis, iudices, ea, quae facta sunt, indigniora esse, quam  
 25 haec sunt, quae dicimus, ab initio res quem ad modum gesta sit, vobis  
 exponemus, quo facilius et huius hominis innocentissimi miserias et  
 illorum audacias cognoscere possitis et rei publicae calamitatem.

---

8 *causam dicimus*: c. 2, 8 sq.

11 *qui vester animus sit*: = uw gezindheid.

11 – 12 *eo prorumpere*: hiervoor in te lassen: dat dan...

12 *scelus*: h.l. misdadige gezindheid.

12 – 13 *ut non modo clam*: etc, een prachtig voorbeeld van 'climax', vgl. Livius xxiii.  
 10.7 foro medio, luce clara, videntibus vobis.

13 *in foro*: op het forum onder de blote hemel werd recht gesproken; de praetor zat  
 op zijn sella curulis, geplaatst op een verhoging (tribunal); de rechters en de  
 personen, die bij beide partijen behoorden, zaten op subsellia; het volk stond in  
 een kring (corona) rondom.

15 *etenim quid aliud*: Cic. besluit het prooemium met de z.g. proecthesis (d.w.z. een  
 voor de narratio geplaatste invoeging, om de zaak helder te belichten), waarin hij  
 de hulpeloze toestand van zijn client tegenover de aanmatigende houding van zijn  
 hebzuchtige aanklagers stelt.

*temptatur*: tracht men te bewerken.

16 *invaserunt*: invadere in eig. rovend op iets afgaan, h.l. = met geweld in bezit  
 nemen.

18 *bono fuit*: voordeel heeft aangebracht.

20 *iugulare*: meestal gebruikt voor het veroordelen en terechtstellen van  
 onschuldigen, vooral in de tijd van Sulla.

*summe*: zeer vurig.

21 *cum praesidio*: sc. advocatorum.

22 *poscit*: sc. ad poenam.

24 *indigniora*: hiervoor in de vertaling het woord „nog" in te lassen.

25 *res quem ad modum gesta sit*: = de toedracht der zaak.

---

15 Sex. Roscius, pater huiusce, municeps Amerinus fuit, cum VI  
 genere et nobilitate et pecunia non modo sui municipi, verum etiam  
 eius vicinitatis facile primus, tum gratia atque hospitiiis florens  
 hominum nobilissimorum. Nam cum Metellis, Serviliis, Scipionibus  
 erat ei non modo hospitium, verum etiam domesticus usus et 5  
 consuetudo, quas, ut aequum est, familias honestatis amplitudinisque  
 gratia nomino. Itaque ex omnibus suis commodis hoc solum filio  
 reliquit; nam patrimonium domestici praedones vi ereptum possident,  
 fama et vita innocentis ab hospitibus amicisque paternis defenditur. 16  
 Hic cum ii omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tum hoc tumultu 10  
 proximo, cum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen veniret,  
 praeter ceteros in ea vicinitate eam partem causamque opera, studio,  
 auctoritate defendit. Etenim rectum putabat pro eorum honestate se  
 pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur.  
 Posteaquam victoria constituta est ab armisque recessimus, cum 15  
 proscriberentur homines atque ex omni regione caperentur ii, qui  
 adversarii fuisse putabantur, erat ille Romae frequens atque in foro et  
 in ore omnium cotidie versabatur, magis ut exultare victoria nobilitatis  
 videretur quam timere, ne quid ex ea calamitatis sibi accideret.

17 Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rosciis Amerinis, 20

---

VI 1 De Capita VI-X bevatten de z.g.n. narratio. Cicero begint de narratio dikwijls met de nom. van de hoofdpersoon, cf. pro Cluentio (cap. 5): A. Cluentius Habitus fuit, pater huiusce, iudices homo non solum municipi Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius et vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps.

*Amerinus*: uit Ameria, een stad in Umbrie.

2 *genere et nobilitate*: Roscius behoorde tot de ridderstand.

*municipi*: municipia waren stadjes met Romeins burgerrecht met of zonder stemrecht en een eigen overheid (ordo decurionum).

3 *facile*: bij de superl. = ongetwijfeld.

*florens*: zich verheugende in.

5–6 *domesticus usus et consuetudo*: gezellig huiselijk verkeer.

8 *domestici praedones*: roofzieke verwanten.

10 *nobilitatis*: nobilitas eig. ambtsadel.

*tumultu*: het woord tumultus wordt gebruikt voor: burgeroorlog (zoals tussen Marius en Sulla), slavenoorlog, oorlog met de Galliers; in het algemeen staat tumultus = oorlog in Italië tegenover bellum = oorlog buiten Italië.

14 *propter quos*: aan wie hij het te danken had dat ..., *inter suos* voor domi suae, in zijn woonplaats.

15 *constituta*: beslist.

*ab armisque recessimus*: de wapens neerleggen; hoewel Cicero zelf niet aan de strijd heeft deelgenomen gebruikt hij toch de le pers. c. 49. 5: tametsi inermis, iudices, sensi.

16 *caperentur*: werden gevangen genomen, vgl. Appianus, Bell. civ. 1. 95 ἐπὶ δὲ τοῦς τῆς πόλεως ἐκφυγόντας ζητητὰ πάντα μαστεύοντες (doorzoekend) διέθεον, καὶ ὅσους αὐτῶν λάβοιεν, ἀνήρουν.

17 *frequens*: h.l. = assiduus; *in ore*, voor de ogen.

---

quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce praedia possidere audio; quas inimicitias si tam cavere potuisset quam metuere solebat viveret. Neque enim, iudices, iniuriā metuebat. Nam duo isti sunt T. Roscii, quorum alteri Capitoni  
 25 cognomen est, iste qui adest Magnus vocatur, homines eius modi: alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, hic autem nuper se ad eum lanistam contulit, qui<que> ante hanc pugnam tiro esset quod sciam, facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit.

**VII** 18 Nam cum hic Sex. Roscius esset Ameriae, T. autem iste Roscius Romae, cum hic filius adsiduus in praediis esset cumque se voluntate patris rei familiari vitaeque rusticae dedisset, iste autem frequens Romae esset, occiditur ad balneas Pallacinas rediens a cena Sex.  
 5 Roscius. Spero ex hoc ipso non esse obscurum ad quem suspicio malefici pertineat; verum id quod adhuc est suspiciosum nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc adfinem culpae iudicatote. 19 Occiso Sex. Roscio primus Ameriam nuntiat Mallius Glaucia quidam, homo tenuis, libertinus, cliens et familiaris istius T. Rosci, et nuntiat domum  
 10 non fili sed T. Capitonis inimici; et cum post horam primam noctis

21 *in accusatorum subselliis*: hiermede wil Cicero reeds bij voorbaat aanduiden, dat de onpartijdigheid van T. Roscius Magnus, die als getuige à charge zal optreden, niet bijster groot is.

22 *audio*: niet gebruikt om de geloofwaardigheid te verkleinen, maar alleen tegenover video gebezigd.

22 – 23 *cavere potuisset quam metuere*: d.w.z. de veiligheidsmaatregelen die hij trof waren niet in overeenstemming met het gevaar dat hij vreesde.

23 *viveret*: zou hij (nog) in leven zijn; vivere=vivum esse.

26 *plurimarum palmarum*: gen. qual. i. p. v. een ontbrekend adjectivum, Gr. πολυ-στεφής, eig. die al zeer vele overwinningen heeft behaald; h.l. die al zeer vele moorden op zijn geweten heeft. Dit doelt op Capito.

*vetus*: = geroutineerd.

*gladiator*: = sicarius.

*hic*: Magnus die zojuist nog met iste werd aangeduid?

28 *quod sciam*: = quantum scio.

*facile*: cf. c. 6. 3.

**VII** 1 *iste*: T. Roscius Magnus.

3 *rei familiari*: h.l. beheer van het vermogen.

4 *balneas Pallacinas*: in de nabijheid van de Circus Flaminius.

6 *pertineat*: treft.

*verum id quod*: wat deze moeilijke zin lijkt uit te drukken is dat tot Magnus' betrokkenheid bij de moord ook zonder kennis van de feitelijke toedracht gevoeglijk kon worden aangenomen. (?)

7 *adfinem*: medeplichtig aan, gewikkeld in.

*iudicatote*: gij moogt gerust oordelen.

9 *tenuis*: van geringe afkomst.

*nuntiat*: = et quidem, idque, cf. Cat. I, 4: vivis et vivis non addeponendam, sed ad confirmandam audaciam.

10 *post horam primam*: de Romeinen telden de uren van de avond en de nacht van 6



occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit; decem horis nocturnis sex et quinquaginta milia passuum cisiis pervolavit, non modo ut exoptatum inimico nuntium primus adferret sed etiam cruorem inimici quam recentissimum telumque paulo ante e corpore extractum ostenderet. 20 Quadriduo quo haec gesta sunt res ad 15 Chrysogonum in castra L. Sullae Volaterras defertur; magnitudo pecuniae demonstratur; bonitas praediorum – nam fundos decem et tris reliquit qui Tiberim fere omnes tangunt – huius inopia et solitudo commemoratur; demonstrant, cum pater huiusce Sex. Roscius, homo tam splendidus et gratosus, nullo negotio sit occisus, perfacile hunc 20 hominem incautum et rusticum et Romae ignotum de medio tolli posse; ad eam rem operam suam pollicentur. Ne diutius teneam, iudices, societas coitur.

21 Cum nulla iam proscriptionis mentio fieret, cum etiam qui antea VIII metuerant redirent ac iam defunctos sese periculis arbitrarentur, nomen refertur in tabulas Sex. Rosci, hominis studiosissimi nobilitatis; manceps fit Chrysogonus; tria praedia vel nobilissima Capitoni propria traduntur, quae hodie possidet; in reliquis omnis fortunas iste 5 T. Roscius nomine Chrysogoni, quem ad modum ipse dicit, impetum

---

uur 's avonds af.

- 11 *primo diluculo*: bij de eerste ochtendschemering voor het aanbreken van de dag onderscheidend de Rom. nog de volgende tijdstippen: gallicinium, conticinium (wanneer de haan begint te kraaien en hij op heeft gehouden).
- 12 *cisiis*: een soort sjees.
- 14 *cruorem*: h.l. bloedsporen, bloeddruppels.
- 15 *quadriduo*: op de vierde dag na deze gebeurtenis.
- 16 *in... Volaterras*: daarentegen c. 37. 1: ad Volaterras in castra L. Sullae; Volaterrae, een plaats in Etrurië, was op de hand van de partij van Marius en werd eerst in 79 ingenomen.
- 17 – 18 *decem et tris*: i. p. v. tredecim gebruikt met het oog op de drie praedia, die aan Capito ten deel vielen, en de tien, welke T. Roscius zich toeëigende (c. 8.6).
- 18 *Tiberim fere omnes tangunt*: zijn dus zeer vruchtbaar.  
*inopia*: = Gr. ἀπορία = inopia consilii.
- 20 *splendidus*: als eques Romanus.  
*nullo negotio*: met geringe moeite.
- 22 *ne diutius teneam*: (sc. vos) cf. ne multis morer. Verr. IV. 104; non obtundam diutius ibid. 109.
- 23 *societas coitur*: juridische term; n.l. tussen Chrysogonus en de beide T. Roscii.
- VIII 1 *cum nulla iam proscriptionis mentio fieret*: het einde van de proscripties was bepaald op 1 juni 81.
- 3 *in tabulas*: sc. proscriptionis.
- 4 *manceps*: Festus: manceps dicitur, qui quid a populo emit conductive, quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse, h.l. = koper.  
*nobilissima*: h.l. voortreffelijk;
- 5 *propria*: in eigendom.  
*hodie*: = etiam nunc.
- 6 *nomine*: in opdracht van.
-

facit. Haec bona sexagiens HS emuntur duobus millibus nummum. Haec omnia, iudices, imprudente L. Sulla facta esse certo scio. 22 Neque enim mirum, cum eodem tempore et ea quae praeterita sunt  
 10 <sanet> et ea quae videntur instare praeparet, cum et pacis constituendae rationem et belli gerendi potestatem solus habeat, cum omnes in unum spectent, unus omnia gubernet, cum tot tantisque negotiis distentus sit ut respirare libere non possit, si aliquid non animadvertat, cum praesertim tam multi occupationem eius observent  
 15 tempusque aucupentur ut, simul atque ille despexerit, aliquid huiusce modi moliantur. Huc accedit quod, quamvis ille felix sit, sicut est, tamen in tanta felicitate nemo potest esse in magna familia qui neminem neque servum neque libertum improbum habeat. 23 Interea iste T. Roscius, vir optimus, procurator Chrysogoni, Ameriam venit,  
 20 in praedia huius invadit, hunc miserum, luctu perditum, qui nondum etiam omnia paterno funeri iusta solvisset, nudum eicit domo atque focus patriis disque penatibus praecipitem, iudices, exturbat, ipse amplissimae pecuniae fit dominus. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena; multa palam domum suam auferebat,  
 25 plura clam de medio removebat, non pauca suis adiutoribus large effuseque donabat, reliqua constituta auctione vendebat.

7 *sexagiens HS*: = sexagiens centenorum milium sestertiorum, 6 miljoen sestertii.

8 *imprudente*: = insciencie.

9 *neque enim mirum*: sc. est.

*ea quae praeterita sunt*: = het verleden.

11 *rationem*: beschikking; Cicero bedoelt de verschillende wetten van Sulla.

12 *omnes in unum spectent unus omnia*: chiasme.

13 *distentus*: overladen, druk bezet met, cf. Att. 2. 23. 1: ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear.

*si aliquid*: (i. p. quid). Madvig: plenior forma vim quandam habet significatque raro id et praeter consuetudinem factum.

13 – 14 *si aliquid non animadvertat*: hangt nog af van neque enim mirum;

14 *occupationem*: h.l. passief, het in beslag genomen worden, bezigheid.

15 *despexerit*: h.l. = oculos averterit.

16 *felix*: na de dood van Marius de jongere nam Sulla deze bijnaam aan. (82 v. C).

*sicut est*: cf. Ep. ad fam. VII, 32, 3: illa quamvis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non moverunt; voor est in te voegen: werkelijk.

19 *iste T Roscius*: Magnus.

*vir optimus*: ironisch!

*procurator*: Ulpianus Dig. III, 3, 1: procurator est, qui aliena negotia mandatu domini administrat.

21 *iusta solvisset*: niet alleen de laatste eer bewijzen bij de begrafenis, maar doelende op alle ceremonies, die bij de eerste rouwtijd behoorden, besloten met een novemdiale sacrum en een novemdialis of feralis cena op de 9e dag na de begrafenis.

22 *praecipitem iudices exturbat*: cf. Verr. IV, 67: Antiochus praeceps provincia exturbatus est.

23 *qui in sua re fuisset*: = cum fuisset.

24 *insolens*: h.l. = verkwistend.

24 Quod Amerinis usque eo visum est indignum ut urbe tota fletus **IX**  
 gemitusque fieret. Etenim multa simul ante oculos versabantur, mors  
 hominis florentissimi, Sex. Rosci, crudelissima, fili autem eius egestas  
 indignissima, cui de tanto patrimonio praedo iste nefarius ne iter  
 quidem ad sepulcrum patrum reliquisset, bonorum emptio flagitiosa, 5  
 possessio, furta, rapinae, donationes. Nemo erat qui non ardere omnia  
 mallet quam videre in Sex. Rosci, viri optimi atque honestissimi,  
 bonis iactantem se ac dominantem T. Roscium. 25 Itaque decurionum  
 decretum statim fit ut decem primi proficiscantur ad L. Sullam  
 doceantque eum qui vir Sex. Roscius fuerit, conquerantur de istorum 10  
 scelere et iniuriis, orent ut et illius mortui famam et fili innocentis  
 fortunas conservatas velit. Atque ipsum decretum, quaeso, cognoscite.  
 DECRETVM DECVRIONVM. Legati in castra veniunt. Intellegitur,  
 iudices, id quod iam ante dixi, imprudente L. Sulla scelera haec et  
 flagitia fieri. Nam statim Chrysogonus et ipse ad eos accedit et 15  
 homines nobilis adlegat qui peterent ne ad Sullam adirent, et omnia  
 Chrysogonum quae vellent esse facturum pollicerentur. 26 Usque  
 adeo autem ille pertimuerat ut mori mallet quam de his rebus Sullam  
 doceri. Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerent, cum ille  
 confirmaret sese nomen Sex. Rosci de tabulis exempturum, praedia 20

---

**IX 1** *usque eo*: = adeo.

**3** *autem*: verder.

**4–5** *iter quidem ad sepulcrum*: De Romeinen bouwden zich dikwijls op hun grond een familiegraf. Indien de grond in andere handen overging, bedong de verkoper voor zich het recht om ten allen tijde toegang tot dit graf te mogen hebben (exceptio itineris ad sepulchrum), cf. Digest. XLVII. 12. 5 *utimur eo iure, ut dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post venditos fundos adeundorum sepulchrorum sit ius.*

**5** *patrum*: = patrum of maiorum; paternus = patris cf. Hor. Sat. 2, 3, 196. per quem tot iuvenes patto caruere sepulchro.

**6** *possessio*: h.l. het in bezit nemen.

**8** *dominantem*: de baas spelen.

*decurionum*: in de municipia -was de ordo decurionum, wat in Rome de senaat was; deze bestond in Ameria uit 100 leden (decuriones), in 10 decuriae ingedeeld; aan het hoofd van deze stonden de z.g. decem primi, die gewoonlijk als gezanten optraden.

**9** *decretum... fit*: cf. senatusconsultum fit.

**12** *conservatas velit*: cf. praereptam velim c. 1. 11.

**13** *decretvm decvriovm*: de redenaar houdt hier even op, om het decretum te laten voorlezen.

**14** *haec*: = talia.

**16** *adlegat*: een gezantschap zenden voor particuliere doeleinden, *legare*, voor staatsaangelegenheden.

*ad... adirent*: om een audiëntie verzoeken.

**19** *antiqui*: bij Cic. meestal in prijzende zin = van de oude stempel, braaf.

**20** *tabulis*: sc. proscriptionis.

---

vacua filio traditurum, cumque id ita futurum T. Roscius Capito qui in decem legatis erat appromitteret, crediderunt; Ameriam re inorata reverterunt. Ac primo rem differre cotidie ac procrastinare isti coeperunt, deinde aliquanto lentius nihil agere atque deludere, 25 postremo, id quod facile intellectum est, insidias vitae huiusce Sex. Rosci parare neque sese arbitrari posse diutius alienam pecuniam domino incolumi obtinere.

X 27 Quod hic simul atque sensit, de amicorum cognatorumque sententia Romam confugit et sese ad Caeciliam, Nepotis <sororem, Baliarici> filiam, quam honoris causa nomino, contulit, qua pater usus erat plurimum; in qua muliere, iudices, etiam nunc, id quod omnes 5 semper existimaverunt, quasi exempli causa vestigia antiqui officii remanent. Ea Sex. Roscium inopem, eiectum domo atque expulsum ex suis bonis, fugientem latronum tela et minas recepit domum hospitique oppresso iam desperatoque ab omnibus opitulata est. Eius virtute, fide, diligentia factum est ut hic potius vivus in reos quam 10 occisus in proscriptos referretur.

28 Nam postquam isti intellexerunt summa diligentia vitam Sex. Rosci custodiri neque sibi ullam caedis faciendae potestatem dari, consilium ceperunt plenum sceleris et audaciae ut nomen huius de parricidio deferrent, ut ad eam rem aliquem accusatorem veterem 15 compararent qui de ea re posset dicere aliquid, in qua re nulla subesset suspicio, denique ut, quoniam crimine non poterant, tempore ipso

---

21 *vacua*: = onbeheerd.

*T Roscius Capito*: blijikbaar was hij toen nog niet in het bezit der drie praedia, die § 21 worden genoemd.

22 *appromitteret*: ἄπαξ εἰρημένον nog daarenboven beloven.

*re inorata*: oorspr. bet. van orare= dicere, cf. causam, litem orare, vert.: zonder hun zaak te hebben bepleit.

X 1–2 *de... sententia*: op raad van; het was bij de Rom. de gewoonte in familie-aangelegenheden een consilium cognatorum et amicorum te raadplegen.

2 *Caeciliam*: Caecilia zal de dochter zijn geweest van Q. Metellus, met de bijnaam Balearicus, die hij zich in 123 door onderwerping der Balearische eilanden had verworven.

3–4 *usus erat*: sc. familiariter.

5 *exempli causa*: om als voorbeeld te dienen.

*antiqui*: cf. C IX, 18.

6 *remanent*: nog over zijn.

9 *factum est ut*: vert.: het is te danken dat.

13 *plenum sceleris et audaciae*: omschrijving van de adiectiva misdadig en vermetel, die men slechts bij levende wezens gebruikt.

*ut*: = dat namelijk.

14 *veterem*: cf. C. VI, 19.

15 *aliquid*: nl. iets gewichtigs.

16 *tempore ipso*: daar ieder vrede en veiligheid begeerde, was het te verwachten, dat men iedere vervolging van een misdaad gaarne zou steunen.

---

pugnarent. Ita loqui homines: ‘quod iudicia tam diu facta non essent, condemnari eum oportere qui primus in iudicium adductus esset; huic autem patronos propter Chrysogoni gratiam defuturos; de bonorum venditione et de ista societate verbum esse facturum neminem; ipso 20 nomine parricidi et atrocitate criminis fore ut hic nullo negotio tolleretur, cum ab nullo defensus esset.’ 29 Hoc consilio atque adeo hac amentia impulsus quem ipsi, cum cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulandum vobis tradiderunt.

Quid primum querar aut unde potissimum, iudices, ordiar aut quod XI aut a quibus auxilium petam? deorumne immortalium, populine Romani, vestramne qui summam potestatem habetis hoc tempore fidem implorem? Pater occisus nefarie, domus obsessa ab inimicis, bona adempta, possessa, direpta, filii vita infesta, saepe ferro atque 5 insidiis appetita. 30 Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? Tamen haec aliis nefariis cumulant atque adaugent, crimen incredibile confingunt, testis in hunc et accusatores huiusce pecunia comparant; hanc condicionem misero ferunt ut optet utrum malit cervices <T.> Roscio dare an insutus in culleum per summum dedecus vitam 10 amittere. Patronos huic defuturos putaverunt; desunt; qui libere dicat, qui cum fide defendat, id quod in hac causa satis <est>, non deest

17 *ita loqui homines*: ace. c. inf. afhankelijk van een verbum sentiendi, te nemen uit: consilium ceperunt: aldus redeneerden de mensen (meenden zij).

19 *patronos*: h. l. zowel de advocaat, als alle beschermers en vrienden van de aangeklaagde.

20 – 21 *ipso nomine*: door de naam alleen al.

22 *atque adeo*: = sive potius.

23 *cum cuperent*: concessief.

#### XI. Egressio.

Voordat Cicero tot de bewijsvoering (argumentatio, πίστωσις) overgaat, geeft hij een samenvatting van de stand van zaken (XI) en belicht het optreden der tegenstanders door een voorbeeld (XII).

XI 1 *Quid primum*: z.g. dubitatio (διαπόρησις).

*potissimum*: = primum.

4 *fidem*: steun.

5 *possessa*: h. l. van possidēre.

*infesta*: = bedreigd.

6 *quid*: te verbinden met sceleris.

7 *cumulant atque adaugent*: cf. Cat. I. 14: nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti?

9 *optet*: = eligat, cf. optionem dare, facere alicui.

9 – 10 *cervices T Roscio dare*: zich laten doden; Cic. gebr. meestal de plur., ook als er van één persoon sprake is, cf. pro Sestio 19, eveneens Tac. Ann. I, 53 cervices obtulit.

9 – 10 *T Roscio*: Magnus, die tegenwoordig was.

10 *insutus in culleum*: over de straf voor vadermoordenaars, cf. c. 25.

12 *cum fide*: cf. c. 4, 14.

profecto, iudices. 31 Et forsitan in suscipienda causa temere impulsus  
 adolescentia fecerim; quoniam quidem semel suscepti, licet hercules  
 15 undique omnes minae terrores periculaque impendeant omnia,  
 succurram ac subibo. Certum est deliberatumque quae ad causam  
 pertinere arbitror, omnia non modo dicere verum etiam libenter  
 audacter libereque dicere; nulla res tanta existet, iudices, ut possit  
 vim mihi maiorem adhibere metus quam fides. 32 Etenim quis tam  
 20 dissoluto animo est qui haec cum videat tacere ac negligere possit?  
 Patrem meum, cum proscriptus non esset, iugulastis, occisum in  
 proscriptorum numerum rettulistis, me domo mea per vim expulistis,  
 patrimonium meum possidetis. Quid voltis amplius? etiamne ad  
 25 subsellia cum ferro atque telis venistis ut hic aut iuguletis aut  
 condemnetis?  
**XII** 33 Hominem longe audacissimum nuper habuimus in civitate C.  
 Fimbriam et, quod inter omnis constat, nisi inter eos qui ipsi quoque  
 insaniunt insanissimum. Is cum curasset in funere C. Marii ut Q.  
 Scaevola vulneraretur, vir sanctissimus atque ornatissimus nostrae

---

13 *forsitan*: cum coni. daar het eigenlijk = fors sit an.

*temere*: te verbinden met fecerim.

15 *impendeant*: cf. Plaut. Epid. 83 tantae in te impendent ruinae.

16 *succurram*: h. l. = suscipiam.

*certum est deliberatumque*: ik ben vast besloten; pro Roscio Comoedo 44: si tibi deliberatum est.

17 *libenter*: h. l. = naar believen, cf. Hor. Sat. I, 3, 63: qualem me saepe libenter obtulerim tibi Maecenas.

19 *adhibere*: = afferre.

20 *dissoluto*: onverschillig, cf. Verr. III 162 quoniam pater tam negligens ac dissolutus est.

21 *patrem meum*: Cic. maakt hier gebruik van de zogenaamde προσωποποιία (fictio personarum): dit zijn gefingeerde woorden van de aangeklaagde.

25 *condemnetis*: in de zeldzame bet. van: de veroordeling bewerken, cf. Cluent. 9: corrupisse dicitur A. Cluentius iudicium pecunia, quo inimicum suum innocentem Statium Albium condemnaret.

**C. XII. Egressio. Het verhaal van een historisch feit.**

**XII 1–2** *C Fimbriam*: C. Flavius Fimbria, legaat van de consul L. Valerius Flaccus, die de Mariaanse partij in het jaar 86 naar Azië had gezonden om van Sulla de leiding van de Mithridatische oorlog over te nemen; Valerius werd vermoord bij een mouterij van zijn eigen soldaten, door Fimbria aangestookt; Fimbria maakte zich van het opperbevel meester, maar werd spoedig daarna door zijn soldaten verlaten en doodde zich ten slotte zelf.

2 *nisi*: h. l. gebr. zonder voorafgaande negatie = praeter.

3 *in funere C Marii*: in het jaar 86 v. C.

3–4 *Q Scaevola*: Q. Mucius Scaevola, met de bijnaam pontifex maximus, aanhanger van de aristocratische partij, werd in 82 door de praetor Damasippus, op instigatie van Marius, vermoord.

4 *sanctissimus*: sanctus werd gebruikt van de Rom. staatsman, die zich nauwgezet aan zijn politieke beginselen hield = rechtgeaard.

---

civitatis, de cuius laude neque hic locus est ut multa dicantur neque 5  
 plura tamen dici possunt quam populus Romanus memoria retinet,  
 diem Scaevolae dixit, postea quam comperit eum posse vivere. Cum  
 ab eo quaereretur quid tandem accusaturus esset eum quem pro  
 dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset, aiunt  
 hominem, ut erat furiosus, respondisse: ‘quod non totum telum 10  
 corpore recepisset.’ Quo populus Romanus nihil vidit indignius nisi  
 eiusdem viri mortem, quae tantum potuit ut omnis occisus perdiderit  
 et adflixerit; quos quia servare per compositionem volebat, ipse ab eis  
 interemptus est. 34 Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano  
 simillimum? Accusatis Sex. Roscium. Quid ita? Quia de manibus 15  
 vestris effugit, quia se occidi passus non est. Illud, quia in Scaevola  
 factum est, magis indignum videtur, hoc, quia fit a Chrysogono, non  
 est ferendum. Nam per deos immortalis! quid est in hac causa quod  
 defensionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit aut oratoris  
 eloquentiam magno opere desiderat? Totam causam, iudices, 20  
 explicemus atque ante oculos expositam consideremus; ita facillime  
 quae res totum iudicium contineat et quibus <de> rebus nos dicere  
 oporteat et quid vos sequi conveniat intellegetis.

35 Tres sunt res, quantum ego existimare possum, quae obstant hoc **XIII**  
 tempore Sex. Roscio, crimen adversariorum et audacia et potentia.  
 Criminis confictionem accusator Erucius suscepit, audaciae partis

5 *locus*: vert.: de aangewezen plaats.

7 *diem Scaevolae dixit*: diem dicere (ad populum), het stellen van een termijn, om de aangeklaagde voor de eerste maal ter verantwoording te roepen, eigenlijk dus de inleiding der aanklacht.

10 *hominem*: i. p. v. het pronomen demonstrativum, cf. Terent. Adelphoe 154.

10 – 11 *telum corpore recepisset*: cf. pro Sestio 80: num ut gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit? „ferrum recipe”, riep men de overwonnen gladiatoren toe.

11 *quo*: sc. dicto.  
*vidit*: heeft beleefd.

12 *tantum potuit*: zoveel indruk maakte.

12 – 13 *perdiderit et adflixerit*: ten zeerste bedroefd heeft gemaakt.

13 *quos... eis*: quos slaat op de burgerij, eis alleen op de Marianen.

*per compositionem*: er is niets overgeleverd over een poging tot verzoening, die Scaevola tussen de Marianen en Sulla zou beproefd hebben.

14 *estne*: h. l. is ne = nonne, cf. Catil. I. 8: sensistine?

*hoc*: ons geval.

15 *quid ita*: figuur der ratiocinatio: ratiocinatio est, per quam ipsi a nobis rationem poscimus, quare quidque dicamus.

19 *locus*: = punt.

22 *quae... contineat*: cf. c. 2, 10 eius rei quae conflagrat hoc iudicium = de eigenlijke aanleiding.

23 *sequi*: cf. c. 3, 8.

C. XIII §§ 35 en 36. **Partitio**.

**XIII 1** *tres... res*: de z.g. partitio, indeling der rede.

Roscii sibi poposcerunt, Chrysogonus autem, is qui plurimum potest,  
 5 potentia pugnat. De hisce omnibus rebus me dicere oportere intellego. 36 Quid igitur est? Non eodem modo de omnibus, ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis populus Romanus imposuit; ego crimen oportet diluam, vos et audaciae resistere et hominum eius modi perniciosam atque  
 10 intolerandam potentiam primo quoque tempore extinguere atque opprimere debetis.

37 Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur. Scelestum, di immortales! ac nefarium facinus atque eius modi quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur! Etenim si, id quod praeclare a  
 15 sapientibus dicitur, voltu saepe laeditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti? pro quo mori ipsum, si res postularet, iura divina atque humana cogebant. 38 In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro exstitit ut, si quando auditum sit, portenti ac prodigi simile numeretur, quibus tandem tu, C. Eruci, argumentis accusatorem censes uti oportere? nonne et audaciam eius qui in crimen vocetur singularem ostendere et mores feros immanemque naturam et vitam vitiis flagitiisque omnibus deditam, denique omnia ad perniciem profligata atque perditam? Quorum tu nihil in Sex. Roscium ne obiciendi quidem causa  
 25 contulisti.

4 *is qui*: als een die, daar hij toch.

6 *quid... est*: Hoe moet ik dat nu doen?

*eodem modo*: n.l. op dezelfde, uitvoerige wijze. Vul aan: me dicere oportet.

7 *meum officium*: mijn taak, mij door mijn plicht opgelegd.

10 *extinguere*: een einde aan iets maken op langzame, natuurlijke wijze; opprimere, door geweld en plotseling de kop indrukken; extinguere atque opprimere, geheel en al een eind maken aan.

C. XIII §§ 37-C. XXIX. I **Refutatio accusationis.**

12 *occidisse... arguitur*: cf. 14. 1. patrem occidit Sex. Roscius.

13 – 14 *quo... videantur*: consec. — dat daarin.

14 *complexa*: h. l. in pass. betekenis gebruikt = verenigd.

15 *sapientibus*: de filosofen. Cicero gebruikt in de regel liever de woorden sapiens en doctus dan het Griekse philosophus.

*voltu*: vert.: door de blik alleen al.

16 *mortem obtulerit*: mortem offerre naast mortem afferre.

17 *cogebant*: naar analogie der werkwoorden van moeten = hadden moeten dwingen.

19 *portenti... simile*: de Rom. beschouwden een oudermoord als een slecht voorteken voor de gehele staat.

20 *argumentis*: argumentum, het op feiten berustend bewijs, signa, zakelijke bewijzen.

21 *eius... vocetur*: de aangeklaagde.

23 *omnia... perditam*: een geheel verdorven en liederlijke gezindheid.

24 *ne... causa*: cf. pro Murena 11, waar Cic. spreekt van een lex quaedam accusatoria, om onbewezen beschuldigingen aan te voeren.

XIV Hier begint het waarschijnlijkheidsbewijs en wel C. XIV § 39 het **probabile ex vita.**



39 Patrem occidit Sex. Roscius. Qui homo? adolescentulus **XIV**  
 corruptus et ab hominibus nequam inductus? Annos natus maior  
 quadraginta. Vetus videlicet sicarius, homo audax et saepe in caede  
 versatus. At hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries igitur  
 hominem nimirum et aeris alieni magnitudo et indomitae animi 5  
 cupiditates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgavit Erucius,  
 cum dixit hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. Nihil  
 autem umquam debuit. Cupiditates porro quae possunt esse in eo qui,  
 ut ipse accusator obiecit, ruri semper habitavit et in agro colendo  
 vixerit? quae vita maxime disiuncta <a> cupiditate et cum officio 10  
 <coniuncta est>. 40 Quae res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio  
 obiecit? ‘Patri’ inquit ‘non placebat.’ Patri non placebat? quam ob  
 causam? necesse est enim eam quoque iustam et magnam et  
 perspicuam fuisse. Nam ut illud incredibile est, mortem oblatam esse  
 patri a filio sine plurimis et maximis causis, sic hoc veri simile non 15  
 est, odio fuisse parenti filium sine causis multis et magnis et  
 necessariis. 41 Rursus igitur eodem revertamur et quaeramus quae  
 tanta vitia fuerint in unico filio qua re is patri displiceret. At  
 perspicuum est nullum fuisse. Pater igitur amens, qui odisset eum sine  
 causa quem procrearat? At is quidem fuit omnium constantissimus. 20  
 Ergo illud iam perspicuum profecto est, si neque amens pater neque  
 perditus filius fuerit, neque odi causam patri neque sceleris filio fuisse.  
 42 ‘Nescio’ inquit ‘quae causa odi fuerit; fuisse odium intellego **XV**  
 quia antea, cum duos filios haberet, illum alterum qui mortuus est

**XIV 1** *qui homo*: = qualis.

**2** *annos natus*: hiervoor te denken: daar is geen sprake van, want ...

**4** *ne... quidem*: hierbij te denken: laat staan, dat hij het trachtte te bewijzen.

**7** *cum dixit*: = daardoor, dat.

**8** *debuit*: als antwoord op: aeris alieni magnitudo.

**10** *a cupiditate*: Cic. bedoelt de avaritia, cf. Cato de re rust. praef. 2: at ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur maximeque pius quaestus stabilissimusque consequitur minimeque invidiosus; verder c. 27 van onze rede: vita autem rustica ... parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est.

**Nu volgt tot C. XXIX het probabile ex causa, het onderzoek over de eventuele aanleiding tot de moordaanslag.**

**12** *obiecit*: = iniecit.

*‘Patri’... placebat*: = hij stond niet op goede voet met zijn vader.

**13** *iustam*: gemotiveerd; magnam, gewichtig.

**17** *Rursus... revertamur*: de redenaar keert terug tot het probabile ex vita.

**18** *in... filio*: de andere zoon was gestorven, cf. c. 15, 3.

*qua re*: betrekking hebbend op een voorafgaand plurale, wordt zelden gebr., cf. c. 33, 26: permulta sunt, quae dici possunt, quare intellegatur.

**20** *quem procrearat*: vert.: zijn eigen vlees en bloed.

*is quidem*: hij juist.

*constantissimus*: = consequent; constans est, cuius mens sibi constat, qui semper e causis exploratis, non ex libidine agit.

**XV 1** *fuerit fuisse*: chiastisch geplaatst.

secum omni tempore volebat esse, hunc in praedia rustica relegarat.<sup>3</sup>  
 Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi  
 5 usu venit in causa optima. Ille quo modo crimen commenticium  
 confirmaret non inveniebat, ego res tam levis qua ratione infirmem ac  
 diluam reperire non possum. 43 Quid ais, Eruci? tot praedia, tam  
 pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo relegationis ac supplici  
 gratia colenda ac tuenda tradiderat? Quid? hoc patres familiae qui  
 10 liberos habent, praesertim homines illius ordinis ex municipiis  
 rusticanis, nonne optatissimum sibi putant esse filios suos rei familiari  
 maxime servire et in praediis colendis operae plurimum studique  
 consumere? 44 An amandarat hunc sic ut esset in agro ac tantum  
 modo aleretur ad villam, ut commodis omnibus careret? Quid? si  
 15 constat hunc non modo colendis praediis praefuisse sed certis fundis  
 patre vivo frui solitum esse, tamenne haec a te vita eius rusticana  
 relegatio atque amandatio appellabitur? Vides, Eruci, quantum distet  
 argumentatio tua ab re ipsa atque <a> veritate. Quod consuetudine  
 patres faciunt, id quasi novum reprehendis; quod benivolentia fit, id  
 20 odio factum criminari; quod honoris causa pater filio suo concessit,  
 id eum supplici causa fecisse dicis. 45 Neque haec tu non intellegis,  
 sed usque eo quid arguas non habes, ut non modo tibi contra nos  
 dicendum putes verum etiam contra rerum naturam contraque

- 
- 3 *relegarat*: cf. Liv. VII, 4, 4, waar verteld wordt, dat M. Pomponius de tribuun de dictator L. Manlius Imperiosus verwijt, dat hij zijn zoon, zonder enige reden, naar buiten heeft verbannen.
- 4 *nugatoriaque*: onbeduidend.
- 5 *usu venit*: doet zich voor.  
*commenticium*: = fictum.
- 7 *quid ais*: gebruikt om een vraag in te leiden = a propos; de toegesprokene antwoordt gewoonlijk: quid vis?
- 8 *fructuosa*: vruchten afwerpend; cf. Tusc. II, 13: ager quamvis fertilis (van nature) sine cultura fructuosus esse non potest.
- 9 *tuenda*: toezicht houden op.
- 10 *illius ordinis*: bedoeld is de stand der grondbezitters.
- 10 – 11 *ex... rusticanis*: uit de municipia van Umbrië (waartoe ook Ameria behoorde) die zich op de landbouw toelieden.
- 12 *servire*: = se dare.
- 14 *aleretur*: zijn levensonderhoud krijgen, cf. canes aluntur in Capitolio (c. 20).  
*ad villam*: = in villa.
- 15 – 16 *certis... frui*: het vruchtgebruik hebben van bepaalde stukken grond. Bij de Rom. kon de filius familias in patria potestate geen eigendom hebben of zich verwerven. De pater familias kon echter zijn zoon enige stukken grond geven, om te beheren en de vruchten daarvan te genieten (het z.g. peculium).
- 18 *ab... ipsa*: de werkelijke stand van zaken.
- 21 *neque... intellegis*: en gij weet dit heel goed.
- 22 *usque... non!*: = adeo non.
- 23 *contra... naturam*: tegen de natuurlijke loop der dingen (slaat terug op: re ipsa).
- 23 – 24 *contraque consuetudinem*: slaat terug op: quod consuetudine patres faciunt...
-

consuetudinem hominum contraque opiniones omnium.

At enim, cum duos filios haberet, alterum a se non dimittebat, **XVI**  
 alterum ruri esse patiebatur. Quaeso, Eruci, ut hoc in bonam partem  
 accipias; non enim exprobrandi causa sed commonendi gratia dicam.  
 46 Si tibi fortuna non dedit ut patre certo nascerere ex quo intellegere  
 posses qui animus patrius in liberos esset, at natura certe dedit ut **5**  
 humanitatis non parum haberes; eo accessit studium doctrinae ut ne a  
 litteris quidem alienus esses. Ecquid tandem tibi videtur, ut ad fabulas  
 veniamus, senex ille Caecilianus minoris facere Eutychem, filium  
 rusticum, quam illum alterum, Chaerestratum? – nam, ut opinor, hoc  
 nomine est – alterum in urbe secum honoris causa habere, alterum rus **10**  
 supplici causa relegasse? 47 ‘Quid ad istas ineptias abis?’ inquis.  
 Quasi vero mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre, ne  
 longius abeam, vel tribulis vel vicinos meos qui suos liberos quos  
 plurimi faciunt agricolas adsiduos esse cupiunt. Verum homines notos  
 sumere odiosum est, cum et illud incertum sit velintne ei sese **15**  
 nominari, et nemo vobis magis notus futurus sit quam est hic

---

**24** *contraque... omnium*: heeft betrekking op de zin: homines illius ordinis nonne optatissimum sibi putant? (11). De relegatio is dus volgens de redenaar niet als een straf te beschouwen.

**XVI 1** *at enim*: (= ἀλλὰ γάρ) = maar, zal iemand zeggen.

**2** *ruri... patiebatur*: een zachtere uitdrukking voor relegare, dat een vox media is.  
*hoc*: het volgende.

**2–3** *in... accipias*: goed opnemen.

**4** *dedit*: h.l. in de bet. van concessit, vandaar ut.

*ut... nascerere*: ‘Cicero bedoelt, dat Erucius niet wist, wie zijn vader was, m.a.w. dat hij een spurius was.

**6** *humanitatis*: h.l. menselijk gevoel.

*non parum*: = satis.

*doctrinae*: wetenschappelijke kennis.

**7** *ecquid tandem*: ecquid = num; tandem, werkelijk.

*fabulas*: toneelstukken.

**8** *senex... Caecilianus*: = die oude man bij Caecilius; de blijspeldichter Caecilius Statius (± 160 v. C.) bewerkte voor het Rom. toneel stukken der nieuwere Griekse comedie, voornamelijk van Menander. In de ‘Hypobolimaeus’ (ὑποβολιμαῖος) sive Subditivus’, ‘De ondergeschoven zoon’ kwam een vader voor die twee zoons had, waarvan de een, Chaerestratus, ondergeschoven en de andere, Eutychem, een wettig kind was. Hij hield Chaerestratus bij zich in de stad, Eutychem daarentegen liet hij op het land opvoeden.

**9** *ut opinor*: de redenaar wil zich niet de schijn geven, dat hij nauwkeurig met die dingen op de hoogte is.

**11** *abis*: afdwalen, cf. ne longius abeam.

**12** *quamvis multos*: zovelen als ge maar wilt.

**13** *tribulis*: Cic. behoorde tot de tribus Cornelia.

*vicinos*: uit Arpinum.

**14** *adsiduos*: ijverig.

**15** *sumere*: = proferre; odiosum est (se. mihi) = piget.

---

Eutychus, et certe ad rem nihil intersit utrum hunc ego comicum adulescentem an aliquem ex agro Veienti nominem. Etenim haec conficta arbitror esse a poetis ut effictos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem vitae cotidianae videremus. 48 Age nunc, refer animum sis ad veritatem et considera non modo in Umbria atque in ea vicinitate sed in his veteribus municipiis quae studia a patribus familias maxime laudentur; iam profecto te intelleges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio et culpae dedisse.

**XVII** Ac non modo hoc patrum voluntate liberi faciunt sed permultos et ego novi et, nisi me fallit animus, unus quisque vestrum qui et ipsi incensi sunt studio quod ad agrum colendum attinet, vitamque hanc rusticam, quam tu probro et crimini putas esse oportere, et honestissimam et suavissimam esse arbitrantur. 49 Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium quo studio et qua intellegentia esse in rusticis rebus? Vt ex his propinquis eius, hominibus honestissimis, audio, non tu in isto artificio accusatorio callidior es quam hic in suo. Verum, ut opinor, quoniam ita Chrysogono videtur qui huic nullum praedium reliquit, et artificium obliviscatur et studium deponat licebit. Quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen aequo animo, iudices, si per vos vitam et famam potest obtinere; hoc vero est quod ferri non potest, si et in hanc calamitatem venit propter praediorum bonitatem et multitudinem et quod ea studiose coluit, id erit ei maxime fraudi, ut parum miseriae sit quod aliis coluit non sibi, nisi etiam quod omnino coluit crimini fuerit.

**XVIII** 50 Ne tu, Eruci, accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses cum ab aratro arcessebantur qui consules fierent. Etenim qui

---

17 *comicum*: uit de comedie.

19 *effictos*: vert.: een evenbeeld van.

20 *personis*: karakter; *expressam*: natuurgetrouw.

21 *sis*: =si vis; *ad veritatem*: in tegenstelling, met de personae fabularum.

*Umbria*: waar Ameria immers gelegen was; *in his municipiis*: nl. in Latium.

**XVII** 2 *et ipsi*: niet:=ipsi quoque, maar correspondeert met het volgende vitamque.

3 *studio... attinet*: vert.: liefde tot ...

5–6 *quid... studio*: naar analogie van de uitdr.: quid illum censes? vert.: hoe oordeelt gij over Roscius en zijn ijver? ... cf. Off. II, 25: quid censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum?

7 *ex... propinquis*: deze waren als advocati tegenwoordig.

8 *callidior*: callidus is een vox media; h.l. = bedreven, kundig; artificium, beroep.

9 *videtur*: het gelieft.

14 *fraudi*: = tot nadeel, volgens de bet. in de oude juridische formules, cf. fraudi esse, sine fraude.

14–15 *ut... sit*: zodat het (dus) nog te weinig ...; voor de gehele zin, cf. c. 52: ... si non satis habet avaritiam suam pecunia explere, nisi etiam crudelitati sanguis praebitus sit.

**XVIII** 1 *ne*: = waarlijk.

2–3 *qui*<sup>2</sup>... *putes*: causaal.

---

praeesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium quem  
sua manu spargentem semen qui missi erant convenerunt hominem  
turpissimum atque inhonestissimum iudicares. At hercule maiores 5  
nostri longe aliter et de illo et de ceteris talibus viris existimabant  
itaque ex minima tenuissimaque re publica maximam et  
florentissimam nobis reliquerunt.

Suos enim agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant;  
quibus rebus et agris et urbibus et nationibus rem publicam atque hoc 10  
imperium et populi Romani nomen auxerunt. 51 Neque ego haec eo  
profero quo conferenda sint cum hisce de quibus nunc quaerimus, sed  
ut illud intellegatur, cum apud maiores nostros summi viri  
clarissimique homines qui omni tempore ad gubernacula rei publicae  
sedere debebant tamen in agris quoque colendis aliquantum operae 15  
temporisque consumpserint, ignosci oportere ei homini qui se fateatur  
esse rusticum, cum ruri adsiduus semper vixerit, cum praesertim nihil  
esset quod aut patri gratius aut sibi iucundius aut re vera honestius  
facere posset.

52 Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc, opinor, 20  
ostenditur, Eruci, quod hunc ruri esse patiebatur. Numquid est aliud?  
'Immo vero' inquit 'est; nam istum exheredare in animo habebat.'  
Audio; nunc dicis aliquid quod ad rem pertineat; nam illa, opinor, tu  
quoque concedis levia esse atque inepta: 'Convivia cum patre non  
inibat.' Quippe, qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret. 25

3 *Atilium*: waarsch. C. Atilius Regulus bijgenaamd Serranus, in 257 en 250 v. C. consul, cf. Verg. Aen. VI, 844: te sulco, Serrane, serentem.

4 *qui... erant*: de z.g. viatores.

6 *longe aliter*: cf. Cato de re rust. praef. 2: et virum bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam bonumque colonum. Amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur.

*de<sup>2</sup>... viris*: b.v. L. Quinctius Cincinnatus, M. Curius Dentatus, C. Fabricius.

8 *reliquerunt*: = fecerunt et reliquerunt.

9 *non... appetebant*: een steek op de Roscii en Chrysogonus.

10 *quibus rebus*: nl. door deze gezindheid en werkzaamheid.

11 *populi Romani nomen*: i. p. v. populum Romanum.

11 – 12 *neque ego haec eo profero quo*: dikwijls ook non ... quo = niet (daarom) omdat.

14 – 15 *qui... debebant*: die bestemd waren (door hun aanzien, geboorte of het lot).

17 *cum praesertim*: gewoonlijk praesertim cum.

21 **Overgang tot het tweede punt van het probabile ex causa: exheredare pater filium cogitabat.**

23 *audio*: dat laat zich horen.

*aliquid*: vert.: ten minste *iets*.

*illa*: h. 1. voor: het volgende.

25 *quippe qui*: heel natuurlijk, daar hij.

*ne in oppidum quidem*: zelfs niet te Ameria, laat staan te Rome. 'Oppidum' werd gewoonlijk gebruikt van provincie-steden, terwijl met 'urbs' de hoofdstad werd aangeduid.

‘Domum suam istum non fere quisquam vocabat.’ Nec mirum, qui neque in urbe viveret neque revocaturus esset.

30 Tot hier heb ik de Pro Sexto Roscii Amerino met de noten van P.J. Enk gedigitaliseerd.

Aan het vervolg wordt gewerkt.

*George J. Winter*

35

---

26 *non fere*: niet licht; *vocabat* (sc. ad cenam).

---